3 Aug. 1613.

Ill.me et R.me D.ne D.ne Colendissime

Officiorum ~~...mam obsequiorum ac~~ orationum commendationem.

Elbingenses nulla iusta probabiliq[ue] de causa non cessant ~~[...]~~ nobis molesti esse, ut ~~[...]~~ limbos anguillares seu Kentelares, quarum ius perpetuum haec Ecclesia beneficio Diuorum Regum Poloniae habet, ex Habo lacu amoueamus. Idem etiam à nobis postulant Consiliarij Ducales, ostendentes, se suos quoq[ue] amoturos esse, ubi senserint, nos nostros amouisse. Respondimus: Cum negocium hoc sit commune cum mensa Ep[isco]pi; non posse id recte tractari, inconsulto Ep[iscop]o. Scripturos nos ad eum: ubi de uoluntate eius certiores facti fuerimus: facturos nos esse ut id sciant q[uam] primum.

Etsi aut[em] D. Vicarius, ut ex eo intelleximus, superioribus annis quando Ill.ma et R.ma D.V. primum huius Ep[iscop]atus possessionem adiuit, ei informationem ~~de~~ de ~~[...]~~ limbis illis dederit: Quia tamen magnae tum illius occupationis fuerant; verebamur, ut ea satis memor esset eius informationis. Itaq[ue] ut pro eximia sua prudentia, videre, quid in eo negocio faciendum sit, statuere possit: reducendam Ill.mae et R.mae D.V. in memoriam eandem informationem existimauimus. Sic igitur accipiat.

Ecclesia Varmiensis h[abe]t iam 106 Kentelarum seu ~~[...]~~ limborum anguillarum. Primum habet Ep[iscop]us et Cap[itu]l[u]m 6. Quae uocantur ~~[...]~~ mensae seu culinaria. De quibus ad Ep[iscop]um pertinent 4. Ad Cap[itu]l[u]m 2. Et hae sunt natae una cum origine ipsius Ecclesiae: Suntq[ue] comprehensae in pace perpetua. Deinde ex donatione Scharffau [?] Alexandri (ni fallor) facta, habet 60. Priuilegij eius exemplum non est nobis nunc ad manum. In acceptatione aut[em] Scharffau, q[uae] de consensu Regis facta est, praesentatum et tractatum est haud dubie

ipsu autentica impetitoribus Gedanen[sibus] tempori Mauritij Epi
Fuerunt tamen reservatæ Eiulis Kreutelæ omnes, nimirū
60. Ex his 60 solebant, videtur, qua proportione rationis
Epo 20 assignari. Postremo sunt 40 una cum donatione
Tolkemit, pro anniversarijs Regū Poloniæ, ad solum
Capitulum pertinentes. Sic ita receptum est, ut Epus locationibus
omnibus obtineat 24: Capitulum vero 82. Quamqz nō est incu-
nere, ut uno anno locarentur omnes. Quibus ij, utqz ad annū
1577. nemini prohibitæ usi sunt; acceptis quotannis à Præfectis Ma-
rieburgēn schedis signatis. Ac tentatū quidē est nō semel in
Conventibus publicis, non inconsultis ijs, quorū intererat, ut ali-
quot annis interquiesceret ea piscatio, propter utilitatem, at[que] prin-
cipibus publicā. Cum enim superiorū annorū Kreutelæ
naves fuerunt prope triplo maiores, qz illæ Kreutelæ sunt, quibus
nunc utuntur: & magnis sagenis, quas trahebant, non vul-
garis minutorū piscium multitudo necaretur: spera-
batur, fore, si maiores illæ sagenæ tollerentur, ut Habus
ex piscium multiplicatione, piscibus repleretur, & uberior fructura
piscatorem. Sed nihil minus subsecutū. Nam interquievit ea
piscatio iam 26 annis; Et, ut piscatores testantur, nunqz fuisse
in Habo pauciores pisces, qz nunc sunt. Verum in conventibus
publicis, nihil eiusmodi constitutum fuit. Anno demū 1577,
ultro Epus Cromerus & Capitulum eo
iure abstinuerunt, propter bellū Gedanēn & ne quid rebus
Regis Stephani Gedanū tum obsidentis incommodaretur. Cæterū
sequenti anno à nobis scheda Marieburgi de more peteretur;
negata est; dicentibus eis, qui iam dari solebat; inter
dictū esse à M[aiesta]te Regia omnibus ea piscatione. Atqz ita
in gratiā Elbingen[sium] vel cuiusqz, omnino nobis non vocatis
neqz admonitis, tam grave præiudicium iuri nrō illatum, atqz
labefactum est. Cum autem res sit communis: consilium Illmæ et Rmæ
P. V. quid ea Elbingen[sibus], & Consiliarijs Ducalibus respondendū
sit, omni reverentia expetimus, & expectamus. Quod reliquum,
Deū precamur, ut Illmam & Rmam P. V. diutissime nobis salvam & fortu-
natam servet, cuius gratiæ nos et obsequia nrā etiam atqz iterū diligen-
ter commendamus. Varmiæ 3. Aug. A° 1603